



The Holy See

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM CONSTITUTIO APOSTOLICA **ASANSOLENSIS*** NOVA DIOECESIS
CONTITUITUR IN INDIA,

ASANSOLENSIS APPELLANDA Pastorali quidem permoti studio curam continenter adhibemus, ut exoptata Domini beneficia eiusque salutaris nuntius quam amplissimam multitudinem attingant. Idcirco Nos res disponere properamus quo hoc facilis commodiusque eveniat. De consilio igitur Congregationis pro Gentium Evangelizatione, quorum interest auditio favorabili suffragio, haec statuimus et decernimus. Novam dioecesim condimus *Asansolensem* appellandam, quae partem aliquam archidioecesis Calcuttensis, scilicet territorium septentrionale districtus « Burdwan » et novem « Thanes », ut aiunt, id est « Saltora, Mejhia, Gangajalghati, Barjora, Senamukhi, Patrasari, Indus, Chatna et Bankura », quae sunt in districtu civili « Bankura », atque pariter decem « Thanes », id est « Muhammadbazar, Rajnagar, Khoyrasole, Dubraijpur, Suri, Illambazar, Sainthia, Bolpur, Labhpur et Nanoor », quae sunt in districtu civili « Bhirbhum », complectetur. Hanc dioecesim Metropolitanae Ecclesiae Calcuttensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus. Episcopalem porro sedem in urbe ponimus, quae Asansol vocatur, et ibidem templum Sacro Cordi Iesu dicatum ad statum Cathedralis Ecclesiae attollimus. Cetera secundum leges canonicas gerantur. Haec omnia ad expedienda Venerabilem Fratrem Georgium Zur, Archiepiscopum titulo Sestensem atque in India Apostolicum Pronuntium, legamus, facta videlicet facultate quempiam alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum subdelegandi. Re tandem ad finem perducta, documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione diligenter mittantur, contrariis rebus minime offidentibus quibusvis. *Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quarto et vicesimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nonagesimo nonagesimo septimo, Pontificatus Nostri vicesimo.*

ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status

JOSEPHUS card. TOMKO

Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*

Carmelus Nicolosi, *Protonot.*

Apost.

*A.A.S., vol. XC (1998), n. 2, pp. 81-82 © Copyright 1997 - Libreria Editrice Vaticana

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana